

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Fraternitas b
cum fonte primo

Hec est uera fraternitas que nullis
unquam casibus scinditur, quam non
solum dissociare uel delere locorum uel
temporum interualla non praeualent, sed
nec mors quidem ipsa diuellit.

In collacionibus patrum et est abbatis
Ioseph.

haec, inquam, est quae nullis
unquam casibus scinditur, quam non
solum dissociare uel delere locorum uel
temporum interualla non praeualent, sed
ne mors quidem ipsa diuellit.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,
16, 3, 1 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,
p.440, ll.21-24).